

tatis legatum p̄rtim cedit, & per consequens res legata legatario debetur cum omnibus suis fructibus, accessionibus, & incrementis. *L. 34. tit. 9. p. 6. l. 1. tit. 4. lib. 5. R. C. Salmant. tr. 14. cap. 5. ex n. 172.* & etiam à morte testatoris transit dominium rei legatae in legatarium, etiam si legatum in diem certum sit relictum. *L. 34. tit. 9. p. 6.*

247 Quando hereditas legatis nimis gravata invenitur, potest haeres quartam partem bonorum defuncti retinere, etiam diminuendo legata, fideicommissa, & donationes causa mortis, quod favore Legis falcidiae inducitur: Lex enim falcidia, sic ab eius Authore *Cajo falcidio* Tribuno plebis incepta, huius quartae deductionem, quae iudicio falcidia vocatur, statuit, atque induxit: & quidem haec quarta deducitur à quocumque haerede, sive extraneo, sive suo, & necessario: imò ascendentes, & descendentes, haeredes instituti, praeter suam legitimam, etiam quartam falcidiam deducunt. Ratio hanc quartam inducendi fuit, tum propter testatores, ne repudiaretur eorum hereditas, ut nimis gravata fideicommissis, vel legatis: tum propter haeredes, ne solum, & vanum haeredum nomen absque re hereditatis, haberent: & hinc hodie iure nostro Hispano antiquatam, & abrogatam esse falcidiam, quamvis de iure Partiarum admittam, tenendum est, quidquid alij repugnet; nam hodie absque haereditate institutione, vel absque huius acceptatione, vel additione testamentum, quoad legata sustinetur. *Laius* disputat *Pichard. Inst. de Lege falcid.* Haec tamen portio, falcidia dicta, non deducitur, si hoc testator expresse prohibuit, vel si haeres inventario praetermissio, hereditatem adiit: tunc enim in foro externo, etiam ultra vires hereditatis tenetur legata solvere: nam per ipsam inventarii omissionem, huic beneficio renuntiare censetur. *Auth. Sed eam testator. C. ad Leg. falcid.* Nec item deducitur ex legatis pro libertate relictis, nec ex legatis pijs, abrogata iam, *L. 1. §. 5. ff. ad Leg. falcid. per Text. in Auth. Similiter. C. ad Leg. falcid.* nisi haeres sit etiam causa pia; cum privilegiatus contra privilegium non gaudeat privilegio. Nec item deducitur ex re legata, quae in perpetuum prohibetur alienari, & apud successores legatarij est permanentia. Quod si haeres aliqua legata, scienter quidem solvit integre, non potest amplius ea repetere, & reliqua solvere tenetur. *L. 9. C. ad Leg. falcid. idem est si ex iuris ignorantia*

solvit ille, in quo talis ignorantia non toleratur: secus est, si quis ex facti ignorantia solvat, quia credebatur ad omnium legatorum solutionem hereditatem sufficere, nam tunc bene repetere valet, & falcidia locum habebit. Falcidia quidem deducenda est ex bonis, quae testator tempore mortis reliquit, nam tunc haeredi debetur hereditas. Hinc, quidquid hereditati accrescit, vel decrevit, haeres luero, vel damno cedit, non autem legatariorum. *L. 30. ff. ad Leg. falcid.* Quod si haeres nihil ex hereditate lucrum speret, potest abs dubio hereditatem repudiare, nec potest à legatarijs cogi hereditatem adire: cum ab haereditate voluntarij arbitrio unice dependeat hereditatem adire, vel repudiare: si tamen adeat, salva falcidia, legata solvere, caeteraque omnia adimplere tenetur. Sed cum bona non intelligantur, nisi deducto ere alieno. *L. 39. §. 1. ff. de V. S. priusquam falcidia deducatur, deducenda sunt omnia, quae debent restitui, omniaque debita defuncti, expensae funeris, omniaque legata privilegiata, ex quibus non deducitur falcidia, & ex bonis, quae supersunt quarta deducitur haeredi praestanda, in qua quidem non computatur, si aliquid ipsi legatur. *L. 91. ff. ad Leg. falcid.* & haec de legatis dicta sufficiant, pro ampliori notitia Civilibus consule. De hac legatorum implexa materia Actui majori Praeae Salmanticae adfuit, in quo propositiones quas manè affirmativas in Theibis defendi, vespere negativas propugnari.*

248 Deinde Episcopis, & alijs Praeatis inferioribus, quasi Episcopalem jurisdictionem obtinentibus in territorium, & populum, ipsis pleno iure subjectum, ratione superioritatis, & communicationis, quam in Ecclesijs, & cum ipsis habent, & ratione oneris pastoralis, quod ipsis incumbit, debetur quaedam portio, quae quia à Sacris Canonibus inducta, & approbata est, *Canonica* dicitur, & regulariter est quarta pars obventionum, & bonorum, quae testatores pro sua anima Ecclesijs legato, haereditate institutione, vel donatione causa mortis relinquunt: Etiam deducitur ex relictis Monasterijs, Hospitalibus, & alijs locis pijs Diocesis. *c. 16. de Offic. Ordin. non tamen debetur ex relictis locis exemptis, ut contra Hostiens. & alios tenent Barbof. de Offic. Episcop. alleg. 86. & alij.* Haec quidem portio, alicubi tertia, alibi dimidia pars est, quin etiam alibi minor est quarta parte: ubique tamen consuetudo legitima servanda est. *c. 15. b. t.*

Nam

Nam cum Juris Positivi sit, bene per consuetudinem potest augeri, vel minui: imò & in totum tolli, ut in nostra Hispania contingit, ubi saltem in pluribus locis huiusmodi portio omnino in deluetudinem abiit: pro quo tamen consuetudo cuiusque Diocesis consulenda est. *Barbof. Solorz. Gonz. in c. fin. b. t. n. fin.* Haec enim portio, quae debetur ex relictis Ecclesiae, solvenda est Episcopo illius Diocesis, in qua Ecclesia sita est, etsi testator alterius Diocesis sit. *Barbof. de Possess. Episc. alleg. 86. n. 29.* & etiam si à testatore aliqua portio Episcopo legata sit: nam cum huiusmodi debita ex diversis capitibus procedant, potest quidem Episcopus, & rem legatam, ut dispositionem testatoris petere, & portionem Canonice, & relictis Ecclesiae: ut dispositionem juris exigere. *c. 14. b. t.* nisi forte testator leger Episcopo suam portionem ea conditione, ut ea contentus sit: nam tunc si acceptat legatum, nequit portionem Canonice petere, quia ei, per ipsam acceptationem legati, renuntiale creditur: nisi rursus hoc à testatore per fraudem fiat, rem minimam legando, ut à solutione Canonice portionis liberetur. Quod si Episcopus legatum repudiet, abs dubio Canonice portionem ex omnibus Ecclesiae relictis exigere valet. *c. 14. b. t.* Non tamen debetur Canonica portio, si Ecclesiae, cui aliquid legatur, per privilegium, vel praescriptionem, quadragenariam quidem cum titulo ab ea praestanda defendatur. *c. 4. de Praescription.* Nec item debetur ex obventionibus per donationem inter vivos, vel alium contractum, vel si personae, non tamen Ecclesiae, vel Dignitati aliquid relinquatur: v. gr. si pro studiosis, egenis alendis, vel pro puellis pauperibus dotandis aliqua relinquatur legata. Nec iterum debetur, si non pro anima, sed pro alia causa: v. gr. pro obsequio praestito aliquid Ecclesiae legatur: vel etiam pro ejus aedificatione, vel reparatione, vel pro beneficij fundatione, vel pro suppellectili, & Ornamentis Sacris, vel alijs huiusmodi. *Gonz. in c. fin. b. t. & alij Com.* In Hispania quando beneficiarius moritur, Episcopus de mobilibus, aut de se moventibus bonis talis beneficiarij, eligit rem unam, quam vult, sive illa mancipium sit, sive equus beneficiarij, aut quavis alia pretiosa res mobilis. Et hanc *Inventosam* vocant, quod ex lugenda defuncti morte proveniat, & *Navar.* hanc luctuosam cum spolijs Clericorum computat, latè *Molin.*

Tom. I.

de Just. tr. 2. D. 63. semper tamen consuetudo attendatur.

249 Saepè quidem testator, ne ejus ultima voluntas reddatur frustranea per repudiationem haereditis instituti, alterum illi subrogat, & substituit. Huiusmodi enim substitutio est vocatio ad hereditatem, vel ejus partem in locum haereditis in ea instituti, lexque ejus numeratur species. Substitutio namque vel est vulgaris, vel pupillaris, vel exemplaris, vel Brevisloquia, (leu, reciproca) vel compendiosa, vel fideicommissaria. 1. Etiam substitutio vulgaris, sic dicta, quia cuivis aetati, & personae convenit, est substitutio directa, & simplex, qua secundus haeres instituitur pro casu, quo primus haeres institutus hereditatem non capiat, vel quia nolit, vel quia non potuit. *L. 6. ff. de Acquir. heredit. l. 1. l. 2. tit. 5. p. 6.* Haec autem substitutio finitur, & evanescit. 1. Si haeres primo loco institutus hereditatem adeat: nam tunc deficit conditio, sub qua secundus erat institutus. *L. 5. C. de Impuber. substitut.* 2. Si substitutus moriatur ante institutum, vel antequam adeat hereditatem: tunc enim nullum prorsus jus relictis substituti acquiritur. 3. Substitutio finitur, si institutus Religionem succedendi capacem profiteatur, tunc enim omnia Religiosi iura Monasterio adquiruntur, consequenterque non est locus substituto: secus est, si religio sit succedendi incapax. *Auth. Ingressi. C. de Sacros. Eccles. 2. Substitutio pupillaris est, quando pater, vel avus filio, vel nepoti in sua potestate constituto, qui praeterea post substituentis mortem non sit alterius potestatem recasurus, haereditatem substituit sub conditione, vel in casum, quo filius ante pubertatem deceaserit; ita ut tale testamentum patris esse intelligatur, ac proinde substitutus filij excludit à successione legitima matrem, & caeteros consanguineos ascendentes, & laterales pupilli, quin ipsis querela inofficiosi testamenti competat; ut de substitutione pupillari expressa statutum est in *c. 1. b. t. in 6. l. 12. tit. 5. p. 6. l. 45. ff. de Vulgar. & pupill.* ac proinde, ut in materia odiosa non extenditur haec dispositio ad substitutionem pupillarem tacitam, sive inclusam in vulgari expressa, sic tendente: *Si filius impubes haeres non est, & per consequens tunc non excluditur mater. Molin. de Just. & jur. tr. 2. D. 184. n. 19.* Mater autem, nec avia non possunt filijs, nec nepotibus, cum eos non habeant in potestate, pupillari*

Tit.

titur substituere. *L. 5. tit. 5. p. 6.* Hæc pupillaris substitutio finitur, si filius, vivente patre, ad pubertatem perveniat, vel si à patre emancipetur, vel etiam mortuo substituto ante impubertem, vel irrito, vel revocato per novum testamentum, testamento paterno, à quo quidem, tamquam à principali dependet substitutio pupillaris, quæ proinde corrumpitur, si fundamentum, in quo consistit, ruat. *c. 42. de Reg. jur. in 6. 3.* Substitutionis species est *exemplaris*, quæ sic indigitatur, eo quod ad pupillaris exemplum induta sit, habetque locum, quando pater heredem substituit liberis suis puberibus, & emancipatis, qui per se testamentum facere nequeunt, quia furiosi, vel mentecapti sunt. *§. 1. Inst. de Pupil. substit. L. 9. C. de Impuber. & alijs. Substitut. l. 1. tit. 5. p. 6.* & juxta aliquos hæc substitutio fieri valet, quando filij sunt prodigi, vel furdi, & muti à natura. Non solum pater, sed etiam mater potest filio exemplariter substituere: quod si diversos nominem substitutos, substitutus à patre ad ejus bona veniet, & similiter à matre substitutus ab bona materna vocatus censetur. *Molin. de Just. & jur. tr. 2. D. 185.* Quod si filius amens, cui exemplariter substituitur, habeat descendentes, hi, & non alij substitui filio debent: quod si fratrem tantum habeat, hic profecto substitui valet; si fratribus careat, quilibet extraneus potest substitui. Pater autem suo filio exemplariter substituens, nequit matrem prædicti amens excludere, ut tenent *Molin. de Just. & jur. tr. 2. D. 185. Anton. Gomez, & alij contra Greg. Lop. in L. 11. tit. 5. p. 6.* Hæc quidem substitutio finitur, & extinguitur, si furiosus mentis, & judicij usum recuperet, ita ut per se testamentum condere valeat. *L. 9. C. de Impuber. & alijs substitut. vel si furioso liberi nascantur, vel si testamentum patris, quod principale est, corrumpatur; vel si hæreditas non adeatur. 4. loco venit substitutio reciproca, quæ tunc fit, quando hæredes instituti invicem substituuntur hoc modo: *Institutio Cajum, & Sejum hæredes, eoque invicem substituo. L. 4. §. 1. ff. de Vulgar. & pupill. l. 13. tit. 5. p. 6.* & ob hanc verborum breviter, quibus concipitur, *breviloqua* etiam appellatur. 5. est *compendiosa*, quæ scilicet, secundum diversa tempora, & ætates brevi verborum compendio plures continet substitutiones hoc modo: *Institutio filium meum hæredem, & quando cumque deceaserit, Testium ei sub-**

tituo. Si enim filius ante testatorem, vel aditam hæreditatem moriatur, venit Titius ex vulgari substitutione. Si jam adita hæreditate, sed tamen intra impubertatem moriatur filius, ex pupillari Titius hæreditatem capiet. Si post pubertatem filius moriatur, dum tamen in furorem incidisset, ex substitutione exemplari Titio substituto cedit hæreditas. Sicque eadem verborum formula plures casus, & substitutiones amplectitur. *L. 12. tit. 5. p. 6.*

250 Jam denique ad substitutionem *fideicommissariam* accedimus. Hæc etiam *fideicommissum* simpliciter dicitur, quippe fidei hæredis restitutio hæreditatis committitur: & quidem olim necessario verbis deprecatorij fieri debebat: Sed cum jam magis verborum substantiam, quam eorum scrupulosam solemnitatem merito inspiciamus. Hodie per quæcumque verba, quin, & per nutum fideicommissum relinqui valet. *L. 22. C. de Fideicommiss. fideicommissum tamen in genere aliud est particulare, universale aliud. Particulare de jure novo legatis exequatum est: quare fideicommissio particulari dicta de legatis accomoda. Universale autem est, quando hæres testamento institutus, vel etiam ab intestato veniens gravatur à defuncto, & obligatur, vel expresse, vel saltem tacite ex contexturis; pure, vel sub conditionis, vel totam hæreditatem, vel ejus partem tradere, vel restituere alteri. Et sic concipitur: *Lucius Titius hæres esto. Et postea testator addit: Rogo te Luci Titi, ut cum primum poteris hæreditatem meam adire, eam Caio Sejo reddas, & restituas. §. 2. Inst. de Fideicommiss. l. 14. tit. 5. p. 6.* In hoc institutionis genere hæres restituere gravatus dicitur *directus*, seu *fiduciarius*. Ille autem cui hæreditas est tradenda, *fideicommissarius* dicitur. Et sanè olim hæreditas per fideicommissum relinqui poterat illis, qui institutionis directæ erant incapaces; sed hodie, ne Lex aliquos ex justa causa institutionis directæ incapaces reddens, adeo facili negotio eludatur. Si ergo incapaci aliquid palam relinquatur, hæres nihil tenetur restituere, cum fideicommissum pro non scripto habeatur. *L. fin. ff. de His, quæ ut inâign. si verò secreto, fidei interposita, aliquid incapaci relinquatur, sic relictum vendicatur fisco. L. 1. C. de Delatorib.* Etiam potest testator relinquere hæredi directo lita bona cum intentione, sine pacto tamen, quod suo filio spurio: v. gr. ea restituat: quin, & aliqui tenent, quod potest hæredem rogare, ut ea resti-*

stituat, dum tamen hæres ad hoc non se obliget. *Salmantic. tr. 14. cap. 5. ex n. 66.* Si hæres directus ingrediatur Religionem incapax successione hæreditarie, ita eligi gaudebit hæreditate, donec ille Religiosus naturaliter moriatur, vel donec adveniat tempus à testatore assignatum ad restitutionem. *Molin. de Just. & jur. tr. 2. D. 186. n. 3.* Si hæres directus gravetur totam hæreditatem restituere, postquam eam adijt (secus aliter) potest deducere, & sibi retinere quartam partem hæreditatis, quæ quarta *Trebellianica* dicitur à *Trebellio* Senatusconsulti *Trebelliani* Authore. Cum enim hæres directè instituti recusarent adire hæreditatem, quia vel incommodum sentiebant, vel saltem nullum percipiebant lucrum, ne testamenta ex hæredum defectu corruperent, ipsis hæreditibus directis ex Senatusconsulto *Trebelliano* quarta hæreditatis pars conceditur, & ea deducta tenetur hæres directus onera, & actiones hæreditatis pro virili simul cum fideicommissario sustinere. Si verò hæres directus quartam non deduxit, quamvis coactus à fideicommissario hæreditatem adeat, omnes actiones hæreditariæ fideicommissario, & adversus ipsum competunt: fiduciarius autem ab omnibus oneribus liber erit. *§. 7. Inst. de Fideicommiss. hæreditatib.* Sed cum hodie de Jure Hispano testamentum sine hærede substituit. *L. 1. tit. 4. lib. 5. R. C.* jam non est deducenda *Trebellianica*, quamvis de jure partitarum admittitur. In *Tit. 11. p. 6.* quidquid alij sentiant, nam in *d. L. 1. tit. 4. lib. 5. R. C.* statuitur, quod si hæres directus nolit hæreditatem adire, transeat hæreditas ad substitutum. Sic *Cervillos, qq. Com. 30. & alij*, quamvis *Martienz. in L. 1. tit. 4. lib. 5. R. C. Gl. 19. & alij*, adhuc in Hispania *Trebellianicam* vigere putent. Si tamen filius, qui est hæres suus, & necessarius rogatus fuit hæreditatem restituere, potest utique simul cum legitima *Trebellianicam* deducere, ne sit peioris conditionis, quam hæres extraneus. *c. 16. c. 18. h. t.* licet hoc de Jure Civili non sit adeo clarum. *Perez in C. ad S. C. Trebellian. n. 11.* *Trebellianicæ* tamen deductio cessat, si testatores eam prohibeant, vel si hæres directus tentavit fideicommissum evertere, vel si hæreditatem non adijt, vel etiam si causæ piæ debeat fieri restitutio, nisi fortè etiam directus hæres causa piæ censentur. Et denique quoties *falcidia* non deducitur, nec itidem deducenda est *Trebellianica*.

251 Testamentum hodie nullo tem-

potis lapsu corrumpitur, ut olim corrumpatur. *L. 27. C. b. t.* dantur tamen in jure certi modi, quibus resolvitur: siquidem vel *rumpitur*, vel *irritatur*, vel *desinitur*, vel *rescinditur*: 1. enim testamentum dicitur *rumpi*: quando scilicet, aliquid vitium in ipsum testamentum incurrit. Si enim mortuo testatore, vel etiam jam condito testamento filius posthumus legitimus testatori agnoscatur, de quo nulla mentio in testamento fiat, hoc absurdum corrumpit. *§. 1. Inst. de exhered. liberor.* etiam si talis filius in obstrictis manibus decedat, dum tamen non sit monitum, nec prodigium. *L. 3. C. de Posthum. hered. instituend.* in nostra Hispania ut filius succedat, requiritur. 1. quod sit baptizatus. 2. quod vivat per spatium 24. horarum: ita, ut quavis ex his conditionibus deficiente, non quidem possit filius liti parentibus succedere. *L. 13. Taur. l. 2. tit. 8. lib. 5. R. C.* Etiam dicitur *rumpi*, quando post testamentum conditum testator aliquem ex suis descendentibus adoptat, vel alium, qui sui juris sit arrogat. Sic enim adoptatus, vel arrogatus sit suus hæres arrogatori, ac proinde quasi civiliter agnoscitur, ac per consequens testamentum, in quo est præteritus, rumpitur. *§. 1. Inst. quibus modis testam. infirm.* Deinde rumpitur testamentum, si testator ipsum læceret, rumpat, vel cancellat, vel si tollat sigillum. *L. 1. ff. de His, quæ in testament. vel si novum testamentum valide condatur, etiam si hæres hæreditatem repudiet, vel si conditio, sub qua est institutus deficiat, vel si moriatur antequam hæreditatem adeat: & quidem tunc non valet primum, quia per posterius rumpitur: nam secundo testamento valide factio, illico corrumpit primum, & si primum in secundo nequaquam revocetur. Nec item valet secundum in casibus prædictis, cum nullus ex eo hæres existerit. *§. 2. Inst. quib. modis testam. in firmen. L. 16. ff. de Inst. rump. L. 21. tit. 1. p. 6.* Ut tamen primum testamentum clausula derogatoria secundi munitum, per secundum rumpatur, necesse est, ut in secundo de illa clausula fiat mentio: alias prævalet primum, ut potè tali clausula munitum. *L. 22. tit. 1. p. 6.* nisi secundum testamentum factum sit inter liberos, vel ad causas piæ: tunc enim, etiam nulla derogationis mentione facta, rumpitur primum testamentum ob secundi favorem. *Auth. Hoc inter liberor. C. b. t. L. 22. tit. 1. p. 6.* Testamentum quidem quantumvis firmisimis clausulis*

munitum semper per alium revocari valet; nam ultima voluntas usque ad ultimum vitæ spiritum deambulatoria est, ut commune proclamatur axioma. *L. 25. tit. 1. p. 6.*

252. 2. Testamentum irritatur, quando, scilicet vitium afficit testatorem; eo quod ipse post testamentum rite factum, patitur maximam capitis diminutionem, per quam libertas: vel mediam, per quam Civitas: vel etiam minimam, per quam familia per arrogationem amittitur. *§. 4. Infit. quib. mod. testam. infirm.* Et quamvis *Gloss. in Auth. Si qua mulier. C. de Sacrosanct. Eccles. Barthol. & alij* asserant, testamentum irritari, si testator religionem profiteatur, contrarium autem constat ex *Auth. Nunc autem. C. de Episcop. & Cleric.* Et quidem si religio est hereditaria successione incapax, à die professionis, quæ morti æquiparatur, hereditas, & legata debentur perinde, ac si testator fuisset naturaliter mortuus. Si tamen Religio sit capax successione hereditaria, Monasterium repræsentat professum, dum ipse superstitis est, & omnia ejus bona, quoad proprietatem, & usum fructum penes Monasterium manet, & nihil debetur ante ejus mortem naturalem, nisi voluisset testator, suum testamentum à die professionis effectum sortiri. Hinc si hæres, vel legatarij moriantur, antequam Religiosus decedat, non transmittunt ad suos hæredes hereditatem, nec legata, sed tamquam caduca penes Monasterium pleno, & perpetuo jure manebunt. *Arg. l. 48. §. 1. ff. de Jure Eise. de hoc tamen late Sanchez in Decal. lib. 7. cap. 3. ex n. 23.* Destituitur testamentum, quando, scilicet, vitium hæredem afficit. Deficiente enim hærede, qui est pars precipua testamenti, hoc per quamdam consequentiam corruere est necessarium. Si enim hæres in testamento institutus ante testatorem moriatur, cum verè non fuisset hæres, quia cum testator non fuisset mortuus, hæredem non potuit habere, non quidem potest jus succedendi ad suos hæredes transmittere, ac per consequens testamentum manet hærede destitutum. Idem est, si mortuo testatore hæres institutus repudiet hereditatem: nam tunc nullum jus ad suos hæredes transmittit: secus est, si hæres moriatur intra annum datum ad deliberandum, antequam adijisset, nam tunc jus hereditatem ad eundem ad hæredes transmittit. *L. 19. C. de Jure deliberand.* in nostra tamen Hispania testamentum, etiam sine hæredis infir-

mitutione substitit quoad legata, & cetera in testamento relicta, & hereditas acquiritur illi, qui ab intestato erat successurus, ac proinde ipse debet testamentum exequi, si alius specialis executor à testatore non assignetur. Similiter valet testamentum, etiam si hæres in eo institutus hereditatem repudiet. Quod si hæredi committatur restitutio hereditatis alteri faciendi, & hæres repudiet, hereditas ad fideicommissarium devolvitur. *L. 1. tit. 4. lib. 5. R. C.* Denique testamentum rescinditur, quando, scilicet, personæ, quæ de jure deberent institui, sunt exheredatæ, vel prateritæ. Nam in testamento, ut diximus, debent institui filij à parentibus, parentes à filiis, & fratres à fratribus, quando alias turpes personæ instituantur: quare si prædicti injuste exheredentur, ipsis competit querela inofficiosi testamenti, quæ quidem est remedium extraordinarium, quod intentatur contra hæredes institutos post aditam ab ipsis hereditatem: per illam enim petunt filij, parentes, vel fratres injuste exheredatæ, quod testamentum, ut potè contra pietatis officium factum, rescindatur, & ipsis agentibus tamquam ab intestato à Lege vocatis, hereditas restituatur. *L. 1. l. 1. l. 2. l. 21. §. 2. ff. de Inoffic. testament.*

253. Nil prodesset testatoris dispositio, si hæc executioni non mandaretur, Executio ergo testamenti, si nullus alius specialis executor à testatore assignetur, ad hæredes ipsos spectat. *c. 3. b. t.* potest tamen testator alijs hujusmodi committere executionem: possuntque executores constitui non solum majores viginti quinque annis, sed & Minores, dum tamen decimumseptimum annum excedant: si quidem tales possunt esse procuratores ad negotia. *c. 5. de Procurat. in 6.* Deinde possunt esse executores masculi, vel feminae, etiam vidua testatoris, Laici, vel Clerici, vel etiam Laicus cum Clerico. *c. 19. b. t. unus,* vel plures: pluribus tamen constitutis, si unus decedat, absens, vel aliter impeditus sit, ne voluntas testatoris nimis differatur, reliqui procedunt, nisi aliud de testatoris voluntate constet. *c. 2. §. Sanè, b. t. in 6.* Item Religiosi, habita licentia Superioris immediati, vel mediati; & quidem tantum Prælati Ordinis, si sunt exempti, vel si exempti non sint, etiam cum licentia Episcopi, vel Capituli Sedevacante; possunt utique esse executores testamentorum, etiam si ad causas profanas condita sint: nam quæsumque voluntatis defuncti executio est quasi

quasi causa pia. *c. 2. b. t. in 6. Cl. un. eod.* Quod si Religiosi sine Superioris licentia testamenta exequantur, quamvis illicita, quia contra Sacrorum Canonum prohibitionem, valida tamen erit hujusmodi executio, cum nullibi à jure irritata inveniantur: nec talis licentia sit per modum formæ, vel conditionis necessaria. *Greg. Lopez in l. 2. tit. 10. p. 6. V. Frayles. Azor, Martienn. Menoch. & alij cum Sanchez in Decal. lib. 6. cap. 11. ex n. 43. contra Covar. in c. 17. b. t. n. 2. Molin. de Just. & Jur. tr. 2. D. 247. n. 9. & alios.* Fratres Minores S. Francisci, nequidem Superiore consentiente, possunt constitui executores. *Cl. 1. V. Item, de V. S. in Nostra Societate solum Generalis,* vel cui ab ipso hæc facultas communicatur, potest licentiam concedere, ut Nostri testamentorum Executores sint. Prædicti Executores in Legibus Hispanis vocantur: *Testamentarios, Executores del Testamento, Albaceas, Cabezaleros, y Mansesores.* *L. 1. tit. 10. p. 6. l. 14. tit. 4. lib. 5. R. C. & alibi.* Ad executionem quidem in praxi sic proceditur. Qui est assignatus alicujus testamenti executor, se coram Judice, competente quidem, sistit, præstatque sufficientem cautionem ad securitatem bonorum, quæ debet administrare, juratque, se legaliter, & fideliter usurum executoris munere; tunc Judex suam auctoritatem, judicialeque Decretum interponit, ut tale munus exerceat, & hoc dicitur Hispanè: *Decernido el cargo de Albacea:* postea coram ipso Judice comparet ad conficiendum bonorum inventarium, quod debet iachoari intra triginta dies à die notitiæ assignationis ad tale munus. Et citantur omnes interesse prætendentes: & quidem certi, personaliter; incerti autem voce præconis. Inventariumque conficitur coram publico Tabellone, & in eo omnia bona, jura, & actiones defuncti describuntur: & Judici offertur ab executore, præstito quidem juramento, de eo, quod in ejus notitiam nulla alia bona, nec jura pervenerint, & quod si alia adveniunt, ea manifesta faciet: & tunc Judex interposito judiciali Decreto inventarium confirmat. *L. 9. tit. 16. p. 6. l. 5. tit. 6. p. 6. Monteroso p. 1. tr. 7. fol. 172. Ribera, & alij,* qui Tabellone circa prædicta benè ordinanda, instruunt. Executor quidem à testatore assignatus, regulariter non potest compelli ad hujusmodi munus acceptandum. *c. 19. b. t.* Si verò expressè illud suscepit, vel saltem tacite, quatenus aliquem actum talis executoris exer-

cuit, v. gr. solvendo debita, vel legata: vel si non contradixit, nec protestatus est contra litteras, quibus tale munus committatur, potest utique ad executionem compelli. *Arg. Cl. 1. de Procurator. l. 17. C. eod.* Si executor Clericus sit, etiam si testator sit Laicus, solum ab Ecclesiastico Judice compelli valet ob exceptionem fori. *Carpio de Executor. lib. 4. cap. 2. n. 8. Solorz. Polit. Indian. lib. 5. cap. 7.* Si verò executor Laicus sit, potest à Sæculari, & ab Ecclesiastico, etiam quoad legata profana, compelli. Talis enim executio est mixta, ac proinde præventioni præbet locum. *c. 3. c. 6. c. 17. c. 19. b. t. Trid. sess. 22. de Ref. cap. 8. l. 7. tit. 10. p. 6. Carpio de Executor. lib. 1. cap. 21. Hevia in Cdr. Philip. p. 1. §. 5. n. 13.*

254. Si testator executori tempus suæ voluntati adimplenda in testamento assignet, cum ultima voluntas instar Legis oporteat observari. *c. 4. l. 3. g. 2.* intra illud debet profusè adimpleri. Si nullum tempus sit à testatore præscriptum, debet testamentum, quam primum ab executorè adimpleri. *L. 6. tit. 10. p. 6.* Et quidem sub gravi executoris tenore, quam prius solvere debita. *Sanct. lib. 4. Cons. cap. 1. dub. 53.* Si verò executor, semel saltem monitus à Judice, intra annum non quidem continuum, sed utilem: tempus enim non currit ignorantia, nec legitime impedito, nam talis negligens nequit dici, ut ex *c. 3. b. t. tenent ibid. Covar. & Barbosa.* Si intra annum, inquam, non exequatur testamentum, executio, saltem quoad legata pia, devolvitur ad Episcopum. *c. 3. b. t.* Si executor, vel etiam hæres, non quidem suus, sed extraneus negligat exequi testatoris voluntatem, privatur legatis à testatore relictis una cum fructibus, & alijs emolumentis. *c. 6. b. t.* quod si legata sint profana, & nihil de eis disposuit testator, applicantur alijs coheredibus, vel legatarijs, vel venientibus ab intestato. Si pia sint, ab Episcopo alijs causis pijs applicantur. *Auth. Licet. C. de Episcop. & Cleric.* Præterea: Testamentarij rationem suæ executionis reddere tenentur Episcopo, seu Judici Ecclesiastico testamentorum, etiam si executores sint Religiosi exempti, quin & Prælati: in hac quippe causa Episcopi, exemptione posthabita, omnes Regulares subjiuntur. *Cl. un. b. t. Episcoporum rationem,* si executor sit, Metropolitano reddet. *Carpio, & Diana in Sum. V. Executor, n. 28.* Clerici Sæculares exempti rationem reddent, non Episcopo, sed Papæ,

Pape, vel Nuntio, vel alij legitimo Superiori *Glos. in Cl. un. b. t. V. Tales. Abb. ipid. n. 8. Barbof. n. 5.* Hospitalia, Confraternitates, vel Congregationes, quibus est commissa alicujus testamenti executio, ut fape accidit Manilæ, quando Contraternitati Misericordia hoc committitur, tenentur profecto reddere rationem executionis Episcopo, etiam si talis Confraternitas sub immediata Regis protectione esset. Et quidem hæc veritas, quam aliqui hic acriter impugnant, & quam ego acriter defendi, nuper est à Nostro Rege confirmata. Nullus enim à tali ratione reddenda, quantumvis exemptus, excusatur, quin, etiam si testator in suo testamento expresse jubeat, quod à suis executoribus hæc ratio non exigatur, adhuc eam reddere debent, & ad hoc possunt ab Episcopo compelli. *c. 17. b. t.* Et merito, quia nullus potest facere, quod Leges non habeant locum in suo testamento. *L. 55. ff. de Legat. 1. & per talem clausulam solum remittitur nimia, & scrupulosa inquisitio, quoad culpam, non tamen quoad dolum. Carpio de Executor. lib. 4. cap. 2. n. 10.* Confessarius, vel executor testamenti, cui testator sub secreto commissit aliquam restitutionem, vel dispositionem de aliqua re, vel quantitatem, non tenetur reddere rationem talis executionis, nec declarare personas, quibus testator quantitatem dari, vel restitui jussit; nisi dolus forte præsumatur ex eo, quod res, vel quantitas in ejus potestate reperitur. *Sanc. lib. 4. Consil. cap. 1. Dub. 4. Dian. Concord. tom. 6. tr. 8. resol. 104.* Attamen, ut fraudes, & lites vitentur securus erit, quod testator disponat, quod talis Confessarius, vel Executor sub eodem secreto reddat rationem suæ executionis Episcopo, vel Judici Ecclesiastico testamentorum. In rebus parvi momenti, si commodè non potest fieri instrumentum, juramento executoris statum. Si testator jussit aliquam pecuniæ summam pauperibus in genere distribuere potest executor, si verè pauper sit, aliquam partem, non autem notam summam, sibi applicare, cum in hoc voluntas testatoris adimpleatur: reliqua verò ejusdem summæ alijs pauperibus elargiri debet: nam testator in plurali loquens hoc censetur voluisse. *Barbof. de Potest. Episcop. alleg. 83. n. 21. Sanchez. in Decal. lib. 6. cap. 11. n. 54. & 55. Menoch. & alij contra Sylvest. & alios.* Si autem ipse testator pauperes assignavit, ipsis, nequiquam autem ipsis, debet executor summam, seu

elemosynam dare: cum alias non adimpleatur testatoris voluntas. Executores etenim tenentur omnino ultimas defunctorum voluntates exequi, quin in aliud eas mutare, nequidem de hæredum consensu, valeant. *c. 16. de For. compitent. c. 3. b. t. Cl. 2. de Religiof. domib. Trid. sess. 22. de Ref. cap. 6.* nisi forte hæc facultas à testatore ipsis communicata sit, vel nisi mutaverint in melius secundum ipsius testatoris voluntatem, v. gr. præveniendum tempus à testatore ad executionem præfixum. *Arg. l. 12. C. de Fideicommiss. Si testator disponit, quod executor det Petro: v. g. aliquam rem in genere, vel disjunctive hæc, vel illam, potest quidem executor dare quam malit, etiam minus pretiosam intra speciem: quamvis causæ pie dari debeat. Salmant. tr. 14. cap. 5. n. 177.* nisi forte verba testatoris ad legatarium dirigantur, nam tunc ex testatoris præsumpta voluntate, ipsius legatarii erit electio. *Molin. de Just. & jur. tr. 2. D. 198.* Si jubeat testator, quod ex redditibus annuis alicujus quantitatis, quam in testamento relinquat, certa elemosyna pauperibus alicujus Hospitalis, vel Religiofis alicujus Conventus detur arbitrio executorum; possunt utique ipsi statim totam summam Hospitali, vel Conventui elargiri. Denique: mortuo executore assignato, ejus officium finitur: nam mors omnia solvit: Hoc enim munus personale est, quod indicere ad hæredes non transit. *c. 2. §. 1. b. t. in 6.* Si verò testamentaria executio sit alicui sub nomine Dignitatis commissa. V. gr. Episcopo, Gubernatori, Prætori, Provinciali, vel Præposito: tunc eo mortuo ad successorem in Dignitate transit executionis munus: siquidem non tam persona, quam Dignitas censetur electa. Si nomen simul, & Dignitas personæ exprimitur, ex circumstantijs voluntas testatoris conjectari debet. *c. 14. de Offic. Delegat. Si vidua, cui suus maritus testamenti executionem commisit, alteri nubat, executricis munus amittit juxta Espinosa in Specul. Testam. gloss. 28. n. 36. contra Molin. de Just. & jur. tr. 2. D. 247. num. 14.*

255 Romanus Pontifex, ut Supremus Administrator rerum, quæ ad finem supernaturalem spectant, potest absque ultimas testatorum voluntates ad pias causas factas commutare. *Cl. 2. de Religiof. domib. sicut, & Princeps Sæcularis, ut Administrator Supremus rerum, quæ ad publicam utilitatem Reipublicæ spectant, etiam valet ultimam voluntatem profana-*

nam

nam commutare. *L. 4. ff. de Administr. rerum ad Civitat. Suar. de Legib. lib. 2. cap. 14. n. 11.* Et quidem ut legata pia inulum minus piam, & utilem, ac sine justa causa ab hæredibus, vel executoribus mutantur, Pontificis autoritas est necessaria. *Cl. 2. de Religiof. domib.* Si vero commutatio fiat in alios usus pios similes ex justa causa: v. g. quia impossibilis, vel valde difficilis sit executio, prout à testatore est præscripta, vel si mutationem pietas, vel evidens utilitas suadeat, & de hæredum consensu fiat commutatio, potest ab Episcopo, ut Delegato Sedis Apostolicæ fieri. *Trid. sess. 22. de Ref. cap. 6.* Tunc enim non tam infringitur, quam declaratur, & interpretatur testatoris voluntas. Quin, & hanc commutationem facere valent alij habentes jurisdictionem, quasi Episcopalem, ut S. R. E. Cardinales in suis titulis, quantumvis tantum Presbyteri, vel Diaconi sint. Idem est de alijs hujusmodi Prælati. Idem potest Capitulum Sedevacante, & etiam ejus Vicarius Generalis, etiam sine speciali mandato post Tridentinum: Secus Vicarius Generalis Episcopi, qui sine speciali commissione nequit hæc commutationem facere ob arduam materiam. *Gutier. lib. 1. qq. Canonie. cap. 11. n. 10.* In Indijs possunt Episcopi legata pia applicare ad bonum commune Reipublicæ, ut alicui publicæ, & gravi necessitati Reipublicæ occurratur; qualis esset pestis, fames, vel invasio hostium. *Laer. lib. 3. p. 2. n. 1146.* Quando verba testatoris in aliqua dispositione sunt dubia, potius interpretatur ejus mens, quam commutatur ejus voluntas: & hanc quidem interpretationem potest etiam privatus facere, dum sit vir doctus, & prudens. *Lugo de Just. & jur. D. 24. sect. 13. n. 306.*

256 Et tandem alia ultimæ voluntatis species, & quidem valde frequens, quæ appellatur *Codicillus*, quasi *parvus Codex*. Et aliquando fit ante, aliquando post ipsum testamentum; quin, & nullo testamento facto, Codicillus fieri solet: imò, & ipsum testamentum solet in Codicillum resolvi, adjecta, videlicet, clausula, quam dicunt *Codicillarem*: qua quidem testator disponit, quod ejus ultima voluntas valeat meliori modo, quo possit, vel tantquam testamentum, vel si hoc modo subsistere nequeat, saltem valeat, ut Codicillus: Ac proinde testamentum, quod propria testamenti solemnitate caret, si tamen habeat, quod ad Codicillum requiritur, ut Codicillus atque valebit, &

hæres ad intestatò veniens legata solvere tenebitur. Codicillus enim non solum in scriptis, sed etiam, ut testamentum, nuncupativè fit: potiusque fieri unius, vel plures, quamvis unicum tantum testamentum consistere valeat. *Est ergo Codicillus quedam ultima defuncti voluntas; non ad eam solemnem, ac est testamentum, & sine hæredis directæ institutione consistit: & in hoc precipue à testamento differt: nam sicut in Codicillis possit dari indirecte, per fideicommissum, scilicet, hæreditas, quantumvis testator rogat hæredes in testamento scripto, quod restituant hæreditatem assignato in Codicillo; non tamen potest hæreditas in Codicillo directè relinqui, videlicet, aliquem influentem testamentum in Codicillo. Nec item potest in eo revocari directè testamentum nec adimi hæreditas hæredi in testamento instituto, nec potest filius in ipso exheredari. In Codicillis tamen declarantur dubia, si quæ ex testamento emergant; vel aliquid adjicitur, vel legatur, vel mutatur; vel etiam legata aliquibus relicta, adimuntur. Et quidem potest testator post testamentum plures Codicillos facere, quin subsequens antecedentem rumpat per se, sicut accidit in testamentis, nisi expresse Codicillus antecedens persequentem revocetur. Ad Codicillum faciendum debet vir 14. annorum 12. annos habere. Codicillus debet habere eandem solemnitatem, ac testamentum nuncupativum, seu apertum. Quæ omnia latius patent in *Tit. Instit. de Codicillis*. Et de Jure Regio in *Tit. 12. p. 6. l. 2. tit. 4. lib. 5. R. C. & comm. DD.**

257 Denique quamdam brevem formam condendi testamenta, apponere Hispano sermone, non injucundum, nec studiosis inutile judicavi, ut sic facilius ad praxim, pro cuiusque casus circumstantijs præjecta doctrina reduci valeat: prout jam in fidelium utilitatem typis mandavi.

En el nombre de la Santísima Trinidad, Padre; Hijo, y Espíritu Santo, tres personas distintas, y un solo Dios verdadero: Yo Pedro Pérez, Vecino de la Ciudad de Manila; en las Islas Filipinas, estando sano, ó enfermo; pero en mi juicio natural, creyendo, como verdaderamente creo, todos los Artículos, y Misterios de nuestra Santa Fe Catholica, en cuya creencia quiero, y protesto vivir, y morir, como fiel Christiano; y verdadero Catholico, y espero en la Divina Magestad, que ha de tener misericordia de mis culpas, y pecados, por los meritos de

nuc-

nuestro Señor Jesu-Christo, y de su Santísima Madre, à quien elijo por Abogada para el trance en que me hallo, y para que con el Angel de mi Guarda, Santo de mi nombre, y demás Santos de mi devoción, me asistan en el tremendo Tribunal de Dios: hago, ordeno, y establezco este mi Testamento, y ultima voluntad en la forma siguiente.

Primeramente mando, que mi cuerpo sea enterrado en la Iglesia de N. (donde está la sepultura de mis mayores.)

Item mando, que en el lugar, y sitio de la dicha Iglesia, adonde dexo declarado, que sea mi cuerpo enterrado, quiero, y es mi voluntad, que mis herederos hagan edificar una Capilla, segun la orden, y traza, que dexo hecha en poder de N. y se funde una Capellania de cien pesos, à la qual sean presentados Clerigos Presbyteros de mi linage, prefiriendo siempre el mas propinquo al otro; y en caso de faltar los dichos mis parientes, sean presentados los Clerigos de esta Ciudad, y su Arzobispado, y Naturales, è hijos de Españoles.

It. Nombro por Patronos de la dicha Capilla, y Capellania, à mis hijos Don Bernardo, y Don Juan, para que hagan la presentacion de los Capellanes, y todo lo demás concerniente al dicho oficio, y despues de sus dias venga à sus hijos legitimos, y descendientes de mi familia, para siempre jamas.

It. Dexo à las mandas forzofas un peso à cada una.

It. Mando, se den de limosna à los pobres de esta Ciudad mil pesos.

It. Mando, se digan mil Misfas de à peso cada una.

It. Mando, se den quinientos pesos à N. mi criado.

It. Digo, que por quanto siendo soltero tuve à N. en N. soltera, hallandome proximo à la muerte, y en el ultimo artículo de la vida, quiero, y es mi voluntad casarme con la susodicha N. para que en su consecuencia sea N. avido, y tenido como hijo legitimo.

It. Declaro, que despues de casado tuve à N. en N. soltera, ò casada, al qual siempre he reconocido por tal, y así es mi voluntad, que si alcanzare facultad de su Magestad para legitimarle, se le den dos mil pesos de mis bienes; y si no la alcanzare, se le den los alimentos necesarios.

It. Declaro deber à N. quinientos pesos.

It. Declaro, que en cierta cuenta que tuve con N. quedé en duda de deberle quinientos pesos, mando, que se le entreguen para mayor seguridad de mi conciencia; y en caso de no deberseles, se los dono libre, y espontaneamente.

It. Mando, que de lo mas bien parado de mis bienes se separen mil pesos, y quanto antes se entreguen à N. mi Confesor, ò N. mi Albacea, para que con ellos execute lo que dexabo de secreto le dexo comunicado para descargo de mi conciencia, sin que persona, ò Juez alguno Eclesiastico, ò Secular le pueda en lo judicial, y publico pedir cuenta de dicha cantidad; y solamente quiero, que el señor Juez de Testamentos, ò Prelado Eclesiastico competente, le pueda pedir, que dexabo del mismo figilo muestre mi disposicion, para que le conste averla cumplido, y poner Auto, en que declare está cumplida, sin otra expresion.

It. Declaro, que quando me casé con Doña Maria Gomez, traxo en dote diez mil pesos, y yo tenia veinte mil de caudal, y le asigne por arras dos mil pesos; y así dichos Capitales se han de considerar para la particion de los gananciales.

It. Cumplido, y pagado este mi Testamento, mandas, y legados en el contenido, en el remanente de todos mis bienes, deudas, derechos, y acciones, nombro por mi heredero universal à N. para que los herede, y aya con la bendicion de Dios, y la mia.

It. Instituyo por mis universales herederos à Pedro, y Juan mis hijos legitimos, los cuales partan, y lleven mis bienes por partes iguales, y legitimas porciones.

It. Mejor à mi hijo Pedro en el tercio, y remanente del quinto de mis bienes, además de la legitima, que le pertenece, y cabe, como à uno de tantos herederos.

It. Instituyo à mi hijo Pedro por heredero, y si muriere dentro de la pupilar edad, se abra la substitucion pupilar, que dexo cerrada, y sellada en poder de N. persona de toda mi confianza; y en caso que pascé de dicha edad, es mi voluntad se rompa, como cosa que ya no sirve.

It. Instituyo à N. por mi heredero, y si no pudiere, ò no quisiere serlo, substituyo à N.

It. Instituyo à Pedro mi hijo por heredero, y si muriere en la locura en que ahora está, le substituyo à Antonio su hijo, ò nieto (y no teniendo descendientes legitimos) substituyo à N.

It.

It. Instituyo à N. y N. por mis herederos, y substituyolos el uno al otro, y el otro al otro.

It. Instituyo à Martin Diaz por mi heredero, y le ruego que dentro de seis años entregue, y de la dicha herencia à Gil Gonzalez.

It. Desheredo de la porcion legitima à mi hijo Diego, porque atrevidamente me dió una bofetada, me prendió, me infamó, me acusó de delicto, porque me desterraron, y cometió contra mi otras ingratitudes.

It. Nombro por Tutores, y Curadores de mis hijos à N. y N.

It. Dexo por Testamentarios, Albaceas, y Executores de mi Testamento, à N. N. y N. à los cuales, y cada uno de ellos in solidum doy todo mi poder cumplido, quan bastante de Derecho se requiere, para que puedan entrar, y entren en todos mis bienes, y los vendan, y rematen en publica almoneda, como mas juzgaren convenir, para que cumplan lo contenido, y dispuesto en este mi Testamento, y les doy facultad para que puedan substituir en sus oficios, y subrogar otros en su lugar, que lo lleven à debida execucion, à los cuales desde luego los doy por nombrados, y les doy la misma facultad, y potestad, que à los dichos.

It. Quiero, y es mi voluntad, que los legados, y mandas, que hasta aqui van puestas en este Testamento, se paguen por mis Albaceas, hasta donde alcanzare mi caudal, segun el orden material, y literal de sus clausulas, y que aquellos à quienes no alcanzaren, reciban mi buena voluntad.

It. Por este mi Testamento revoco, anulo, y doy por ninguno otto qualquier Testamento, ò Testamentos, Codicilo, ò Codicilos, que yo aya hecho, y otorgado, para que no valga, ni tenga efecto alguno en juicio, ni fuera de el, ahora, ni en tiempo alguno, que parezca, y sea mostrado, aunque tenga clausulas derogatorias, y palabras particulares, de que le aya de hacer especial mencion, de que al presente no me acuerdo, y si à mi memoria vinieran, las repetiera de verbo ad verbum, todas las cuales quiero que no valgan; y asimismo quiero, que no valga, ni tenga efecto otto qualquier Testamento, ò Testamentos, que yo de aqui adelante hiciere, sino que haga mencion expresa de esta clausula, que aqui pongo, pues resueltamente quiero, que la presente disposicion valga en todo caso por

mi Testamento, Codicilio, ò postrema voluntad, en la forma, y modo, que mejor aya lugar de Derecho, el qual otorgo en la Ciudad de Manila à 14. de Diciembre del año del Señor de mil setecientos, y treinta y seis, Pedro Perez.

Este Papel, ò Testamento se cierra, y se entrega al Escrivano, el qual pone así en la cubierta:

Este Testamento fue fecho, y otorgado en la Ciudad de Manila à catorce de Diciembre de mil setecientos, y treinta y seis años por Pedro Perez, vecino de esta Ciudad, à quien doy fé, conozco, y estaba, al parecer, en su juicio, y razon natural, en el qual Testamento dixo, que dexaba señalada su sepultura, heredero, Albacea, y otras mandas, en presencia, y ante mi Nicolás Sanchez, Escrivano, uno de los del Numero de esta Ciudad, y en presencia de A. B. C. D. E. F. G. Testigos, que se hallaron presentes, y fueron llamados, y rogados para lo así ver, y hacer, y pusieron sus firmas, y subscripciones. Pedro Perez. A. B. C. D. E. F. G. En fé de lo qual, yo el dicho Nicolás Sanchez hice mi signo. ✕ Nicolás Sanchez, Escrivano Publico.

Testamento Nuncupativo, ò Abierto.

EN el Nombre de la Santísima Trinidad. Amen. Sepan quantos esta Carta de Testamento, y ultima voluntad vieren, como yo Antonio Ximenez, vecino de esta Ciudad de Manila, estando sano; ò enfermo; pero en mi juicio, memoria, y entendimiento natural, creyendo, como firmemente creo, &c. El qual dicho Testamento fue fecho, y otorgado por el dicho Antonio Ximenez, en presencia, y por ante mi Gil Gonzalez, Escrivano del Numero de esta Ciudad, por ante, y en presencia de Juan Sanchez, 1. Diego Lopez, 2. y Pedro Diaz, 3. vecinos de dicha Ciudad, que se hallaron presentes à ver hacer, y otorgar dicho Testamento: los cuales fueron llamados, y rogados para lo ver, y hacer, y pusieron sus firmas, y subscripciones en el dicho Testamento; y por no saber firmar el Testador, ni el primer Testigo, llamado Juan Sanchez, los otros Testigos firmaron por ellos. E yo el dicho Gil Gonzalez, Escrivano, doy fé de que así se otorgó en esta Ciudad de Manila à catorce de Diciembre, año de mil setecientos, y treinta y seis. Por el Testador Antonio Ximenez, Diego Lopez, Por Juan Sanchez,

Aaaa

chez,

chez; 1. Testigo. Diego Lopez. Por sí mismo, Diego Lopez. 2. Pedro Diaz. 3. Ante mí Gil Gonzalez, Escrivano Publico.

Si instare mucho la enfermedad, y ay peligro en la tardanza, mandará el enfermo llamar siete Testigos, y de palabra dirá, que señala por su heredero a Juan Fernandez, y por su Albacea a Diego Perez, y que quiere que su cuerpo sea enterrado en la Cathedral, y ruega a los Testigos lo sean de ser esta su ultima voluntad, y Testamento nuncupativo, y abierto.

Omnes aliquod interesse ex apertura testamenti sperantes, possunt, illud aperiri, petere. Ac propterea hoc facere possunt heredes, legatarii, & executores in testamento nominati. Etiam filius præteritus, & heredes ab intestato hoc petere possunt, intendendo testamentum nullum declarari: & quidem omnes debent ante omnia mortem Testatoris, ut suæ intentionis fundamentum, probare, & insuper probare debent, quod Testator sub illa dispositione, seu testando decessit. *L. 1. tit. 2. p. 6. & ibid. Gregor. Lop. Monterroso, Ribera, & alij, qui latius rem prosecuntur.*

T I T. XXVII.

De Successionibus ab intestato.

257 **M**ortuo aliquo ob intestato, (& non aliter) succedunt ei sui consanguinei: quibus quidem non à testatore, sed à Lege defertur hæreditas, quæ iacrico legitima appellatur: & in hoc sane differt à testamentaria, quæ non à Lege, sed à voluntate testatoris procedit. Utraque tamen convenit in eo, quod traque est successio in universum jus defuncti. *L. 62. ff. de Reg. Jur. & in utraque debet aditio, seu acceptatio intervenire. L. 9. ff. de Suis, & legitim. alias ad hæredes non transmittitur. L. 7. C. de Jur. delib. ex utraque deditur Falcidia. L. 18. ff. ad Leg. Falcid. & utraque per fideicommissum relinqui valet. §. 10. Inst. de Fideicom. hæred. Hæreditas (ait Justinian. in §. 5. Inst. de Hæredib. instituend.) plerumque dividitur in 12. uncias, quæ assis appellatione continentur: habent autem hæ hæ partes propria nomina ab uncia usque ad assis hæc: sextans, quadrans, triens, quinarius, semis, septunx, bes, doarans, denarius, denx, &c. Huiusmodi enim hære-*

ditas, vel ex testamento, ut jam diximus, vel ab intestato defertur. Intestatus etenim dicitur, qui vel nullum condidit testamentum: quia vel noluit, vel non potuit, sive de jure, sive de facto: vel etiam si quod testamentum fecit, illud fuit invalidum; vel etiam si validum fuit, ruptum tamen fuit, vel rescissum agnatione posthumi, capitis diminutione, vel querela inofficiosi testamenti: vel etiam quando nullus ex testamento exitit hæres, vel quia adire noluit hæreditatem, vel quia ante testatorem mortuus fuit. *L. 64. ff. de V. S. l. 1. tit. 13. p. 6. Decedente ergo defuncto, ad ejus successionem sui consanguinei suo ordine vocantur. Et quidem liberi, ita ut eis extantibus ceteri consanguinei cujuscumque sint gradus penitus excludantur. L. 6. l. 7. Taur. nisi forte jure representationis succedant. Inter liberos tamen præferuntur legitimi, id est, ex legitimo matrimonio, saltem putativo nati. Quod si variis ex diversis nuptijs procreati extent, singuli suis parentibus succedunt: v. gr. si partem habeant communem, non verò matrem, omnes in bona paterna succedent, non verò in materna, quæ filijs ex matre genitis reservabuntur. Idem est, si matrem, non verò partem, habeant communem. L. 3. l. 4. C. de Secunda, nuptijs. Etiam parenti succedunt legitimi per subsequens matrimonium; arg. c. 61. Qui filij sint legit. legitimi per Principem, & etiam filij adoptivi, qui legitimi tantum dicuntur. §. 2. §. 14. Inst. de Hæredib. quæ ab intestat. Descendentes si quidem primi gradus, hoc est, quando à nullis præceduntur, ut sunt filij, in capita succedunt, hoc est, tot sunt partes æquales, quot sunt capita, seu personæ, quæ succedunt. *Auth. in Successionem, C. de Suis, & legitim. si ulterioris gradus sunt, ut nepotes, pronepotes, abnepotes, &c. in stirpes succedunt: id est, in locum stirpis, ex qua singuli descendunt, representando, scilicet, personam sui patris, ac per consequens ejus partem adquirunt, sive soli, sive cum alijs proximioribus concurrant. V. gr. si Titius quatuor liberis relicto ab intestato decessit, in quatuor partes ejus hæredita s dividitur, quarum singula singulis deferuntur. L. 3. tit. 13. p. 6. L. 8. Taur. Deinde si Titius habuit quatuor filios, & omnibus eis præ mortuis, decessit, in quatuor item partes dividitur hæreditas, & nepotibus ex singulis filijs, etiam si plures ex uno, quam ex alio sint, datur pars, quæ suo patri, quem re-**

pra-

presentant, debetur. Si autem Titius decessit relicto quatuor nepotibus ex filio præmortuo, & tribus filijs, hæreditas in quatuor partes dividitur, & tres tribus filijs dantur, & quarta pars, quæ filio præmortuo debebatur inter quatuor nepotes, qui ipsum representant, & jure representationis succedunt, rursus dividitur. *L. 3. tit. 13. p. 6. l. 8. Taur. l. 5. tit. 8. lib. 5. R. C. Extantibus quidem filijs legitimis, naturales, qui scilicet, ex muliere soluta extra matrimonium geniti sunt, ab hæreditate paterna excluduntur. Ad maternam tamen hæreditatem cum legitimis æqualiter admittuntur. Nullis tamen legitimis extantibus, ab intestato succedunt patri in duabus uncias, quæ inter ipsos, & eorum matrem, si vivit, dividenda sunt. Sed qui ex damno coitu procreati sunt, omni profus beneficio privantur. *Auth. Licet, C. de Natural. liber. L. 8. tit. 13. p. 6. In nostra Hispania extantibus filijs legitimis matris non succedunt ei filij naturales, potest tamen mater eis quintam bonorum partem, sicut cuilibet extraneo, relinquere. Si verò mater careat filijs legitimis, etiam si ascendentes legitimos habeat, ei filij naturales ex testamento, & ab intestato succedunt, tamquam si legitimi essent: quin & spurij, dum non sint ex coitu damnato à Lege poena capitali, matri similiter succedunt. L. 9. Taur. l. 7. tit. 8. lib. 5. R. C. filius naturalis patri ab intestato in duas uncias hæreditatis succedit, dummodo pater filios legitimis non habeat, etiam si habeat uxorem. L. 9. tit. 13. p. 6.**

259 Nullis descendibus à defuncto relicto (& non aliter) succedunt eidem ascendentes proximiores, secundum suum gradum. *L. 4. tit. 13. p. 6. l. 6. Taur. l. 1. tit. 8. lib. 5. R. C. Primo ergo succedunt pater, & mater, æqualiter quidem, in bona filij, undecumque adquisita, sive à patre, sive à matre, sive aliunde processerint. L. 4. tit. 13. p. 6. & ibid. Greg. Lop. *Gom. in L. 6. Taur. n. 8. Parentibus tamen deficientibus (non aliter) succedunt avus, & avia: non tamen in capita, sed in stirpes succedunt, ita ut una pars detur ascendenti per patrem, altera per matrem ascendenti, sive plures, sive pauciores ex una, quam ex altera parte extent. Nov. 118. cap. 2. l. 4. tit. 13. p. 6. & ibid. Greg. Lop. *Gom. in L. 6. Taur. n. 9. & quidem ascendentes succedunt, licet filius defunctus emancipatus sit: & etiam si sit illegitimus naturalis, dummodo sit legitimatus, saltem Rescripto Principis; imò***

Tom. I.

etsi posthumus sit. Si enim post patris mortem filius nascatur, & 24. horis vivat, baptizatusque sit, posteaque moriatur, de Jure Hispano mater ei succedit: si mater in puerperio decessit filius ei succedit, etsi hic moriatur post baptismum, & 24. horas; pater ei succedit in bona materna. Si verò pater concurrat cum avo, vel avia materna defuncti, vel mater cum avo, vel avia paterna, solus pater, vel mater, avis exclusis, succedit. *Nov. 118. cap. 2. quia in ascendenti non datur representatio. *Gom. in L. 6. Taur. n. 5. Ascendentes quidem excludunt fratres defuncti ex una tantum parte conjunctos; non tamen fratres germanos, seu utrumque conjunctos, sive mares, sive feminas. Hi enim cum ascendenti proximioribus defuncti succedunt, & quidem in capita, seu in portiones æquales. Nov. 118. cap. 3. Hodie in nostra Hispania fratres defuncti non concurrunt cum defuncti parentibus, vel alijs ascendenti, sed ab eis penitus excluduntur, ut constat ex L. 7. Taur. l. 4. tit. 8. lib. 5. R. C. quæ corrigitur L. 4. tit. 13. p. 6. ut ibid. notat. Greg. Lop. pro alijs Regnis vide Nov. 127. cap. 1. quæ quidem derogatum est Nov. 118. cap. 3. Parentes quidem suis liberis illegitimis ab intestato succedunt eodem modo, eisdemque casibus, quibus filij illegitimi suis parentibus ab intestato succedunt. L. 8. tit. 13. p. 6. *Gom. in l. 9. Taur. n. 8. ac proinde naturalium hæreditas ad ipsorum filios pertinet: his deficientibus, mater, si sola est, erit hæres ex asse: si pater filij naturalis vivit, ipse in duas uncias filio, mater in decem uncias succedit. Si simul cum matre frater uterinus extet, iste cum sua matre fratri suo æqualiter succedit. *Auth. Defuncto, C. ad S. C. Tertyl. Si non extant parentes, succedunt fratres uterini, hoc est, ex parte matris, exclusis fratribus consanguineis, seu ex parte patris tantum: Non extantibus fratribus uterinis, succedunt fratres consanguinei: quibus tamen præferuntur eorum frater naturalis, & legitimus. L. fin. tit. 13. p. 6. & ibid. Greg. Lop. In nostra Hispania filij naturales vocantur, qui nascuntur ex parentibus, qui tempore conceptionis, vel partus poterant sine dispensatione contrahere matrimonium, & insuper requirunt, quod pater eos, ut filios recognoscat, si non habebat domi mulierem, ex qua eos habuit. L. 11. Taur. l. 9. tit. 8. lib. 5. R. C.****

260 Nullis autem descendenti, nec ascendenti defuncti extantibus, succedunt consanguinei collateralales, sive viri,

Aaa 2

sive